



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula Monitionis de suscipendo Confirmationis Sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

bis & prouetibus quibuscunq; tam maturatis, quam in posterum maturandis, pro tua, ac in religiosa domo prædicta habitantium sustentatione, ac oneribus eisdem parochiali, & Ecclesiæ prædictis incumbentibus sustinendis, respondeant; Cum ampla pariter facultate tibi attributa, prædictarum Ecclesiarum bona, possessiones, ac iura, prout eisdem Ecclesijs expedierit, nouis colonis locandi, veteresve confirmandi, a debitoribus quibuscunq; quouis occasione debita exigendi & recipiendi; solentibus oportunas confessiones, & quietantias, etiam per publicum instrumentum faciendi; contra renitentes, & soluere nolentes, de iure experiendi; coram nobis in ius vocandi, citandi, ac alia iuris remedia, prout expediens fuerit, adhibendi: super quibus omnibus & singulis, plenam, omnimodam, atque amplam damus, harum serie, quas ad beneplacitum nostrum durare volumus, potestatem & auctoritatē. Scias tamen de omnibus hanc curam & administrationem respectiue respicientibus, suo tempore te ratione redditurum. In quorum &c.

Formula literarum deputationis depositarij, & exactoris bonorum ecclesiasticorum.

Carolus &c. Magn. D.N. salutem in domino. Consueuimus sæpè pro rebus Ecclesiasticarum administratione, præsertim temporalium, opera laicorum virorum, prudentia & pietate maximè prælucentiū, in huiusmodi vt; quò rebus Ecclesiasticis commodius & tutius consultum sit. Vacante igitur parochiali Ecclesia S. N. loci N. plebis N. Mediolanen. dioc. tua prudentia & singulari pietate plurimum freti, te in exactorem & Depositarium quorumcunq; fructuum, reddituum, prouentuum, & obuentuum, ad dictam parochialem quomodolibet spectantium, tam hætenus perceptorum & maturatorum, quàm etiam in futurum similiter maturandorum; ita vt contra quoscunq; pro exigendis & consequendis fructibus huiusmodi etiam iuris omnibus remedijs, ac alijs modis & formis, prout tibi me-

Pars III.

lius videbitur; cum facultate etiam ab alijs quibuscunq; Depositarijs rationem reposcendis agere possis, & valeas, deputamus, donec aliud per nos super administratione huiusmodi expressè decretum fuerit; nec non bona, possessiones, ac iura nouis colonis locandis veteresve confirmandis prout melius expedire censueris; seruatis in his tamen solitis ac debitis conditionibus; fructusque per te sic exactos in depositum habeas, nobis, vel cui a nobis iniunctū fuerit, rationem suo tempore redditurus. In quorum fidem &c.

Formula describendi Baptizatos in libro. Habetur supra par. 2. Actorum. pag. 398.

Formula Monitionis de suscipiendo confirmationis Sacramento.

Quod Concilij Vormatiensis Canone, & Concilij Prouinc. 4. decreto sancitum est, illud nunc vos monemus: vt cum Reuerendiss. Archiepiscopus Confirmationis Sacramentum ministraturus sit hac hebdomada in Ecclesia S. N. quicunq; intra Parochiæ nostræ fines habitant, neq; confirmati adhuc sint, illud omnes suscipiat, qui per ætatem idonei erunt: sciantq; qui neglexerint, nõ sine Canonicis disciplinis posse illud prætermittere. Qui autem accessuri erunt, ex præscripto monitionū hac de re, quas nunc legemus, accedant.

Formula schedulæ sumendæ confirmationis. Habetur supra parte 2. Actorum. pag. 225.

Formula describendi Confirmatos in libro.

Alii . . . del mese di N. . . l'anno . . . N. Figliuolo di N. & di N. sua Cõsorte, sù cresmato nella Chiesa di N. . . per Monsign. Renèrendiss. nostro Arciuescouo, & sù compadre N. ouero N. comadre.

Lasciando il nome del Padre e della Madre, in quelli che nõ saranno di legitimo matrimonio.

○ For-